



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

1 An usuraria mutuatio genere suo sit peccatum mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

QVÆSTIO I.

DE VSVRA.

S.Tho. 2.2. quæst. 78.

ARTICVLVS I.

Vtrum vsuraria mutatio genere suo sit peccatum mortale.

AD rem ergo vt descendamus, quaeritur primo, an vsuraria mutatio peccatum sit genere suo mortale? Et arguitur a parte negatiua. Primum Exemplo Christi, qui nostrorum est morum norma. Ipse enim Luc. 19. seipsum affirmat vsuras exigere. Secundo, & lex diuina precibus partibus data, quam ideò Dauid Psal. 118. immaculatam appellat, quod prohibet peccata, permittebat n̄ hilominus vsuras. Legimus enim Deuter. 23. Non scenerabis fratri tuo ad vsuram, sed alieno. Quin vero & eo lib. cap. 28. id ceu premium illis mortalibus proponebat. Fœnerabis genibus multis, & ipse a nullo fœnus accipies ergo fœnerari ad vsuram licitum est. Tertio, & leges humanæ quibus iustitia inter homines constituitur, vsuras permittunt, vt patet totis titulis de vsur. ff. & C. ergo illæ sunt licitæ. In contrarium est præceptum. Exod. 22. Si pecuniam mutuan dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum non vrgebis eum quasi exactor neque vlturis opprimer. Et Dauid inter eos qui habitaturi sunt in tabernaculo Dei connumerat illum, qui pecuniam suã non dedit ad vsuram.

In capite statim questionis de nomine vsuræ, vt mortis nobis est, hoc prænotemus, quod Latini non dicitur quasi vsus aris, vt illi autumant, qui syllabarum collisionem superstitiose rimantur, sed si primænam eius significationem spectes, idem est prorsus quod vsus. Vnde Cicero aduersus Verrem. Cur piratis lucis vsuram idem est, quod lucis vsus, puta vita. Mox idem nomen ad id descendit significan-

dum, quod ex vsu cuiusque rei tanquam eius fructus accrescit. Idem lib. de Senec. Terra nunquam sine vsura reddit quod accepit, vbi fructus appellatur vsura seminis. Et Tusc. q. lib. 1. Natura dedit vsuram vitæ, sicut pecuniæ, nulla præstata die. Dicitur ergo ab vsu, vsura, sicut a terra fœtura, & a cultu cultura. Quapropter secundum has significationes non est nomen vitij. Verum an en̄ in deterio more & vsu accomodatum est ad significandum id peculiariter, quod ex vsu pecuniæ aut rei cuiusque viu consumptibilis non excrescit. Et ratio forsã accomodatōnis huius est, vt nomine ipso rei peruersitas per antihesim denotaretur, nempe quod cum talium rerum vsus, quippe qui re ipse absumitur, sterilis per se sit, veluti fructuosus aestimetur. Quocirca vsura secundum hoc significatum, ceu nomen delicti vsurpatur. Appellatur deinde, & vsura, vt 1. Politic. capit. 7. auctor est Aristoteles fœnus. Et est allusio ad Græcam etymologiam. Quod enim nos vsuram, Græci τοκοφ appellat. τὸ τοδ τίκτω, quod est pario. sicut enim animalia proles sibi similes pariunt, sic & pecunia pecuniam. Quare maxime, inquit Philosophus contra naturam est hic acquirendi modus. Haud enim munus veluti terra, aut pecus fecundus est, vt pariat. Dicitur ergo Latine fœnus, quasi factus quamuis inter nris doctores tantum discriminis interfit, vt nomen vsuræ latius pateat, & vt dialectice dicamus, superius sit quam fœnus, nempe quod fœnus duntaxat pro vsura stricte sumpta vsurpetur, nimirum pro eo quod ex solo mutuo iniuste accrescit, vsura autem accipiat extensus pro quocunque augmenta ex quocunque contractu, etiam dum licitum sit. Vt si quid credita pecunia vendidisti, & quia debitor in mora fuit, aliquid tibi ratione lucri cessantis auctum est, accessio illa vsuraria quid in est, non autem fœnebris. Sic enim habet Iuri (consulutus lege cum quidam, §. si pupillo. ff. de vsu. Vsura non propter lucrum petentium (ille scilicet quæ legitimæ sunt) sed propter moram non soluentium infliguntur. Item, dum quis de hæreditate vel re aliqua etiam de pecunia litigat, si vincit addicitur ei cum sorte quicquid viu excreuerit, idque vsura nuncupatur. Sed tamen vbi de hac

Primū
arg.
Secūdu
arg.

Tertiū
arg.

Multi-
plex vsu-
ræ acce-
ptio.

hæc re quæstio non habetur, promiscuus est vltus fœnoris, & vltura. Nos ergo, vt cõmunis vltus non solum Theologorum habet, vt rum, & reipublice duntaxat accipimus nomen pro illicita vltura mori: adeo vbi quidpiam, vel in penam, vel ratione moræ, vel aliter iuste soluitur, non existimetur vlturatus contractus. Quod autem nos vlturam, Græcique Partum, id quidem Hebraei mortuum nuncupant. Vnde Deuterion. 23. Vbi nos legimus, Non fœnerabis fratri tuo: Hebraei habent, Non mortuum in feres fratri tuo: seu. Non fœnore mordebis fratrem tuum. Etenim cui de vltibus canis cadaueris viscera, sic fœneciator debitoris sui substantiam diuellit. Quo vtique Chryloto, alludit super illud Matthe. 5. (vt nos illic adnotauimus) & volenti mutare, &c. Similis est, inquit, pecunia vlturarij mortui aspidis. Percussus enim ab aspide, quasi delectatus ab in somnum, & per suauitatem soporis moritur: quia tuæ venenum latenter per omnia membra decurrit. Sic enim qui sub vltura accipit, sub tempore quasi beneficium sentit: sed vltura per omnes suas facultates decurrit, & totum conuertit in debitum. Hæc Diuus ille. Igitur si hæc mediãte considerasti, vltura non more accidit nisi in solo mutationis contractu, atque in alijs quibus mutui ratio inest. Et cum mutatio non habeat locum, nisi in rebus vltu consumptibilibus, in his duntaxat versatur vltura. Exemplum, Vendidi tibi expectato pretio rem meam: & vt te expectem, auctarium posco: quia contractus hic perinde habet, ac si idem pretium statim a te mihi solutum tibi in tempus mutuasset, vlturarius est. Immo vero hæc regula, fallentis necis, in capite istorum contractuum præfigenda est, quod ad perpendendum de vno quolibet contractu an vlturarius sit, explorandũ est, an aliquam secum complicit rationem mutui, pro quo pretium redditur.

Tunc enim in vniuersum vlturarius est, alioquin minime. Et ideo in ista quæstione pro eodem duximus, contractus, seu scilicet usuraria, & mutatio usuraria. In casum autem hauritur labor, quo nonnulli insudant, definitionem vlturæ perferunt: &, nisi ego fallor, nunquam absolutam venientes. Accipitur enim dupliciter. Vno quidem modo, pro actione, hoc

est pro mutatione cum pacto quidpiam vltra sortem recipiendi. Sic enim videtur in concilio Agathensi. vlturari, decima quarta quæstione tertia, capir. vltura, vbi habetur: Vltura est, vbi amplius requiritur, quam quod datur. Alio modo accipitur pro pretio, quod vltus estimatione sortis accedit. Quod eadem distinct. cap. plerique ait his verbis Ambrosij. Quodcumque accedit sortis, vltura est. Et hoc certè est natiuũ nominis significatum. Nam conuentionalis actio potius, dicitur vlturaria mutatio, atque vlturæ peccatum quam vltura, sicuti tota vltura est, que ex ratione restat. Itaque vltura obiectum peccati est. Quapropter mutuator dicitur ad vlturas mutare, vlturasque recipere, mutuatorius vero mutuũ ad vlturas recipere, & vlturas soluere. Est ergo vltura si exactam compediõsamque, vt esse debet, definitionem capis pretiũ vltus mutuaræ rei. Per hoc, n. quod dicitur, pretium vltus, secluditur contractus emptionis, vbi non pro viu tantum, sed pro re ipsa penditur pretium. Per id aut, quod dicitur, mutuaræ rei, semouentur a definitione contractus emphyteusis, & locationis, quibus res non mutuantur. Rursum nomen pretij, præcurrens pactum designat in mutatione, vel saltem qd receptio fiat ratione mutui. Ob idque hoc selectus posuit quam lucrum. Compingimus n. definitionem hanc vlturæ distinctè pro maledicto fœnore. Et ideo ubi quid illud seu ratione luci cessantis, seu damni emergentis, seu in pœnã accit fecit sortis, est quidem extento nomine vlturæ, haud tũ vlturæ peccatum, de quo hic agimus: quia illud, licet sit lucrum, non tũ est pretium: sanè cum non pullulet ex conuentione mutui. Neque vero si quid mutuatorius honestatis iugratia redonat mutuantis, est vltura, quia ubi non subest pactum, nullum est pretium. Item si pecuniam, vel auream, vel argenteam (vt ait s. Th. in solutione sexti) ad alium usum, quibus est accidentarius, puta ad ostentationem, vel ad ornatum commodos, indeque pretiũ suscipias, vltura non est, quia pretiũ nõ obuenit ex mutuo, cũ illic non transferat dñum, sed ex locatione pecuniæ. Eodẽ mō excludit a ratione vlturæ contractus societatis, vbi qui ponit sortẽ, quia non tradit dñũ, non mutuat. Præterea, si id qd recipis, aliã tibi debitiũ erat, etiã si ex conuentione mutui id recipias, nec pẽdũ debitori tuo mutuas vt

Definitio vlturæ.

debi-

Quid
fortis.

Discrimē
iter
vsuram
mentale,
& exter-
nam.

debitum soluat, non est usura: quia non est pretium vsus rei mutuatae, sed recuperatio reituae. Sors autem impraesentiarum dicitur substantia ipsa mutuata, quae scilicet contingit, & lex tibi tribuit. Et arbitrator ex contractu societatis pertractum esse nomen ad omnes generales. Illic enim quisque suam sortem, id est portionem in aceruum mittit: vnde omnes dicuntur consortes, id est, suas vna participantes sortes. Gregorius dicitur *apoc. 1807*, hoc est principale: & *2. 1802*, hoc est capitale: quae et nomina Latinis in vsu sunt. Ex hac definitione clara, colligitur distinctionis ratio inter vsuram externam & mentalem. Differunt enim non solum solum tanquam actus interior, & exterior eiusdem obiecti, verum quod externa dicitur pactum tacitum, vel expressum: mentalis autem (quod meditate considerandum est) absque villo intercurrente pacto committitur. Statue ergo ante oculos tria haec, mutuum, pretium, seu lucrum, & pactum. Vbiunque interuenierit pactum, est usura in opere, puta exterior: alioqui minimè. At qui ad pactum expressum in foro Dei neque scriptura requiritur, neque testes: sed etiam dum absque arbitris explicas tuam voluntatem, scilicet mutuo tibi, vt tantum vltra sortem mihi persoluas, est expressum pactum. Si autem non sic in forma, sed nutibus tuam insinuas voluntatem, censetur tacitum pactum. Vt si dicas: Ecce mutuo tibi: tu autem scis vsuram; ergo non habeo vnde viuam. Soles esse gratus alijs; vel quid simile. Etenim licet non sit pactum civile, vt mutuatarium possis compellere, est tamen obligatio, & ideo usura exterior. Usuram autem constituere sufficit absque vlla pactioe. Vt si mihi mutuas, sperans intendensque ratione mutui me tibi aliquid exbiturum, usura mentalis est, veluti intentio occidendi hominem, homicidium, quia obiectum scilicet recipere ratione mutui, est obiectum vsurae. Non ergo fallaris sic interiori exteriori que vsuram discriminans, quia illa requirit expressum pactum, haec vero tacitum; nam etiam tacita pactio vsuram facit exteriori. Sed quoniam dico, spes, intelligitur, dum illa est mutuandi causa, & intentio, vt non mutuas, nisi vt ratione mutui quidpiam tibi lucrifacere. Nam dum ex beneuolentia mihi mutuas, esto inde suboritur tibi repensionis spes, quam gratui-

to ratione amicitiae facturus tibi sum, nulla subinde nascitur mentalis usura; quia nec illa ratione accipere, usura est realis. Sed de his articulo proximo redibit sermo. His de nomine vsurae praefatis ad questionem duabus conclusionibus respondetur. Prima, Usuraria mutuatio, hoc est pretium vsus mutuatae rei ex pacto solcipere, peccatum est genere suo morale, iustitiae commutatae contrarium. Et quidem conclusio nulli non est in confesso: sed tamen quo iure fundamentum habeat non nulla est controuersia. Sunt enim (quod Ancharano tribuitur in quadam sua disputata quaestione) qui negant iure naturae prohibitam esse vsuram, sed aiunt iniuriam duntaxat diuino aduersari. Et ideo forte idem auctor tenet, quod tractate de iuris non pertineat ad Theologos, sed ad iuriconsultos, quia cernebatur pendere natura ius, Theologorum esse munus. At negari non potest quia sit de iure diuino, cuius Theologi interpretes sunt. Respondere ergo de iure exteriori, de quo foeneratorum poenis decernere, relinquatur Iurisperitis, vsurarum autem naturam de suis principijs enucleare, Theologorum est. A diuiciculo autem vt reuertamur, opinio haec, quod usura non sit iure naturali contraria, non solum plane falsa est, verum e iam periculo subdit conclusionis veritatem, qua asseritur, vsuram esse peccatum. Si ius inquam naturae femoneas, tenuissimum conclusionis stabilimentum relinquis. Etenim licet antiqua lege multis locis vituperata, infamataque vsura sit, tamen cum etiam illic Iudaeis permessa fuerit, quam exercent cum gentibus, aliunde debent illa praecipua irroboratione suspicio oriarur aliquo pacto esse licitam & iustam. Praeterea (quod rem vehementer urget) tota illa lex, vt ad Hebr. 7. docet Paulus impleta per Christum est, ac subinde abrogata. Quapropter nullum eius prorsus praecipuum vim ullam in lege gratiae retinet, nisi quae uel sunt de iure naturae, uel praecipua sunt rursus a Christo. Hoc enim sensum vt dicere saepe consueuimus, intelligendum est, mortalia praecipua permanisse, videlicet quia vigore iuris naturae sustentata sunt, ac perinde in euangelio confirmata. Igitur qui negauerit crimen hoc esse contra ius naturae, praecipua de hac re veteris lo-

Tertia. gis'eneruat. Locus autem euangelij. Luc. 6. Mutuum dantes, nihil inde sperantes, ad hoc ipsum profuturum adduci consuevit. profecto non illam habet energiam, quæ vulgo aestimatur. Quamobrem D. Thomas factorum sensum oculatissimus prospector, non modo non, vltus est illo loco ad asserendam conclusionem, verum ex illo quantum argumentum contra eandem obiecit. Agnouit enim non esse prohibitionem vsuræ, sed consilium mutuandi sine spe humana compensationis. Et ideo argumentatus est, quod cum mutua re nihil inde sperando, consilium præcisè sit Christi, non sit præceptum nihil ex mutuo recipere. Tamen in solutum non reliquerit argumentum. Et re vera Euangelium est patentissimum. Commendat enim illic Christus dilectionem, quam non amicis, verum & inimicis debemus. Admonetque subinde, ne ob fauorem humanum & gratiam quam homines rependunt, charitatis beneficia prestemus, sed solum diuinam intuentes mercedem. Et ideo ait, si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fecerantur, vt recipiant æqualia. Si loqueretur de vsura, non dixisset æqualia, quia non est in more, vt scenebre lucrum sit solum æquale, sed dixit æqualia, hoc est, paria bona gratuito refusa. Idem ergo est quod subdit: Veruntamen diligite inimicos vestros, benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes, id est, nulla m ab hominibus gratiam, sed à Deo. Quare subdit. Et erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi. Quare inepta glossa est, quod prius membrum sit consilium, postius vero præceptum. Neque S. Thom. in prima solutione illius quarti argumenti, dum dixit, quod mutuum dare, est consilium, & inde lucrum non petere, est præceptum, voluit illum sensum secundi membri extarc in euangelio: sed quod est lex iustitiæ, non expectare lucrum. Quare sensum legitimum statim subdit, si quod illic non fit mentio de spe vsurarij lucrifaciendi, sed de quaunque qua: in homine ponitur. Nulla. nillic educitur prohibitio iniustitiæ vsurarum, sed commendatio sit

misericiordiæ mutui, quæ propter solum Deum est erga proximos declaranda. Sed rogas quomodo ergo ait Alex. 3. in concilio Later. cap. super eo. de vsur. quod vsurarium crimen vtriusque testamenti pagina detestatur? Respondetur, quod in veteri plana sunt testimonia, in nouo vero illud abunde interdictum Decalogij? Non furum facies, illam prohibet. At verò rursum: Vibanus 3. c. consuluit, eo. tit. citat eundem locum. Date mutuum, nihil inde sperantes ad confirmandam vsurarum prohibitionem. Respondetur quod Papa non vbiunque citat testimonia sacre pagine in aliquo sensu, intendit canonizare eundem sensum tanquam de fide, sed citat quandoque illud secundum Doctorem opinionem. Præterea, illa euangelica sententiam subministrat vim argumento per locum à maiori, nempe quod si Christus consuluit vt neque gratuitum donum speremus ab hominibus, quod licitè possunt rependere, à fortiori consequitur, neque expectandum esse pretium vsus, quod iustitia vetat. Deducitur ergo conclusio ex visceribus naturalis iuris hoc pacto: Rerum duæ sunt differentie. Quædam, scilicet quarum vsus est ipsarum rerum consumptio, vt cibus & potus. Quæ vtriusque ratione in his non habet seorsum computari vsus à re ipsa. Et est notandum verbum S. Thom. ad repellendam quorundam argutiã. Arguunt siquidem in contrarium: Cum vsus rei sit actio seu passio eius, res autem substantia, natura differunt sicut res duorum prædicamentorum. His autem respondetur, quod S. Thom. nil de distinctione meminit, quantum ad rerum naturas. Et ideo cautus non dixit, vsus non differt à re, sed non est seorsum computandus scilicet pretio distincto, quantum ad humanum vsum. Et hæc est causa, quare istarum rerum per mutuum transfertur dominium. Nam si illud non transferas, nullum concedis vsum proprium panis, qui est edendi. Atque hæc de causa, vt habetur Instit. de vsufruct. §. constituitur, & ff. de vsufruct. ear. rer. que consul. 2. quado legatur vsufructus talium rerum, legatur & ipsarum dominium. Nisi quod legatarius tenetur cautionem præstare post restituenti, vt si quedam effigies mutui. Aliæ vero sunt res, quarum vsus ab ipsis distinguitur, vt sunt fundus, domus, equus, vestis, & c. Possimus

Obiectio prima. Dilutio Obiectio secunda. Verba nus III. Responsio. Ratio conclusio.

O
e
us

mus enim illis vii salua earum substantia, quamuis vestis longo vsu atteratur, quia suapte natura est consumpibilis, sicuti mista vniuersa. Et ideo talium rerum potest locari vsus, retento dominio, & vice versa transferri dominium retento vsu. Res ergo prioris ordinis sunt, quae mutuo dantur, atque ad eundem elicitur conelusionis ratio sub hac forma. Sive eadem res bis vendatur, sive id vendatur, quod per se nullius est pretijs, utroque modo contra naturalem rationem iustitiae commutativae delinquitur, transferre autem dominium huiusmodi rerum, sic ut rei pretio alteri pro eius vsu accumulatur, vel est bis vendere idem corpus, vel vsum, qui preter rem nullius est pretii, vendere nonno pretio: ergo usuraria mutatio est peccatum contra naturam. In numero autem talium rerum potissimum censetur pecunia: quae per quae ut 5 Ethicor. auctor est Arist. ad usum permutandi res fuit inventa. Et per hoc soluitur argumentum, quod fieri hoc pacto consuevit. Mutuato pro illo beneficio dignus est. cui mutuarius par referat, ergo potest illud in pactum ducere. Enimvero pro beneficio mutuandi (ut ait S. Thom. in solutione quinti) de iustitia quidem non mihi plus debetur, qui ego do, centum vero aurei quos tibi mutuo, nil amplius valent, quam centum. Quare si amplius exigo, rem quodammodo vendendo plus iusto, quandoquidem vsus rei non valet nisi quanti res ipsa, quae vsu consumitur. Ex honestate autem debes mihi beneficium, sed tamen gratis. Et ideo obligare te si illud est estimabile pecunia, iniustitia est. Quod si instantius urgeas. Scienti, & volenti non fit iniuria, mutuarius sua sponte se vult obligare, nullam ergo praefert effigiem furti, aut rapinae. Respondet ad septimum S. Thom. quod mutuarius non sua sponte, sed necessitate compulsus, se nexu illo implicat, sicut si necessitate etiam compulsus cogeretur rem platis iusto emere. Sed quid si non ob necessitatem, sed propter voluntatem quis mutuum petat? respondeitur, quod necessitas intelligenda est hoc modo, quod quomodocumque mutuum petatur, non possit obtineri, nisi solvatur usura. Ex hac conclusione fit, usurariam nequitiam, vii supra diximus, praepro illo Decalogi esse prohibitam: Non furtum facies. Vn

Aristot.

de Ambrosio. 1. 4. q. 4. Si quis, inquit, usuram accipit, rapinam facit, vita non vivet. Quae uero August.cano. proximo, Quid dicam, cum homicidio confert. At enim crudelior est, qui iudicat aliquid, uel eripit diuiti, quam qui trucidat pauperem fenore. Nam inopi substantiam corrodere, iudicare est. Et in fine 2. lib. officior. innotuit Catonem Cicero, qui interrogatus quid esset scenerari, respondit, hominem occidere. Testimonia ergo veteris legis frequentissima, ut pote Exod. 21. Leuit. 25. Deuterono. 23. Ezech. 18. & Psalmorum alia, quibus pestis haec atque humanae societatis exitum identidem condemnatur, iuris huius naturalis explicatoria sunt: ut quae ad eundem, ut ubi regius Psaltes beneficis, quae nobis Messias praestiturus erat, exegerat constituit, vnde composuit vsuras & iniquitates, a quibus non esset liberatus. Ex vsuris enim, inquit, & iniquitate redimet animas eorum. Quod si demum ad dubites, quo gradu certum sit, usurarium mutationem esse peccatum: respondeatur, esse catholicam fidem: cuius praedicta contraria negatio haeresis esset, ut pote Clemen. vniua. de vitio. 1. condemnata. Secunda conclusio, quae prioris appendix est: Usurarium lucrum obnoxium est restitutioni, etiam si non petatur, quippe cuius dominium minime sceneratori acquirit.

Restat ergo tria argumenta, in capite quaestionis obiecta dissolvere, nam restant qua quatuor S. Thom. iam in superioribus soluta sunt. Atque in primo nihil ambiguitatis est. Transiit enim Christus nomen usurae a secularibus ad spiritalia. Et ideo metaphorica est vsuratio. Est quippe similitudinis plurimum, sed dissimilitudinis multum. Mutuat namque nobis Deus spiritalia charismata, eo quod gratis, ac sine ullo nostro pretio donat: vult tamen, ut pro suo vsu officijque veluti femina in nobis iacta per eius fauorem coelestemque rorem colamus; multiplicatoque fructus tempore feramus. Et quia hoc in gloria eius credit, appellat suas vsuras, viuas in praemiorumque cumulus nobis accretit, quasi nostra nos scenera faciamus. Inveniat autem hoc discriminis, quod pecunia temporalis vsu consumitur, & inde fit vitiosa usura, dona vero spiritalia vsu crescant, ob idque eorum usura commendatur apud Deum.

In secun-

In secundo argumento illius difficultatis
 expeditur solutio, utrum, in veteri lege ca-
 rens fuerit usura permilla, ut culpa vaca-
 verit apud Deum, an vero praecise quan-
 tum ad forum, humanum permitteretur
 impune? Nam S. Tho. q. 78 art. 1. Et Alex.
 de Hales 3. parte, q. 36. memb. 4. & reliqui
 huius notae auctores posteriorem hanc sen-
 tentiam tenent. Conradus vero qu. 24 licet
 ambas vii probabiles referat, priorem tam-
 en alteri praefert, & iuniorum quidam il-
 lam sequuntur: Porro autem non modo
 opinio S. Thomae certissima est, & ideo iu-
 rare & merito communi consensu Docto-
 rum recepta, verum & altera aegerime est
 sustentabilis Et primo suus loquendi mo-
 dus quo aiunt, Deum dispensasse cum illis,
 falsus inepitque est. Enimvero vitium v-
 surae (ut nuperime ostendebamus) contra
 praecceptum naturale est, quod scilicet verat
 pretium de illa suscipere, quae nullius est
 per se valoris, qualis est praecuniae usus seor-
 sum a pecunia considerati praeccepta vero
 naturalia neque a Deo ipso dispensabilia
 sunt, ut li. 2. quaest. 3. demonstratum reliqui-
 mus Id enim quod natura vetat, ra intrin-
 sece malum est, quam est homini esse ratio-
 nalem: Cuius utique contrarium non est
 factibile. Et eadem ratione neque quod na-
 tura vetat, licere potest. Et qui contrarium
 dicunt, ideo id autumant quod ignorant,
 vel quid sit praecceptum naturale, vel quid
 sit dispensare. Igitur qui partem illam su-
 stentare contendunt, non debent illam ap-
 pellare dispensationem, & Conrad. om-
 nium minime qui tam instructa argumen-
 torum phalange probat, usuram esse con-
 traria naturae. At quo res pateat, reco-
 lere opus est usuram non laxa licentia, sed
 certo modo fuisse illi genti permissam, ut
 scilicet non feneratorum proximis suis sed
 alienigenis. Sic enim habetur Deuter. 23.
 Non feneratoris fratri tuo ad usuram, neq;
 fruges, neque quae liber aliam rem, sed a-
 lieno. Fratri autem tuo absq; usura id quo
 indiget, commodabis. Frater autem dice-
 batur ille, qui erat de populo, ut patet Exo.
 22. Si pecuniam mutuum dederis popu-
 lo meo, pauperi qui habitat tecum, non vr-
 gebis eum quasi exactor, neque v. suris op-
 primes. Aiunt ergo isti, quod quia Deus co-
 cesserat Iudaeis terram gentilium, permi-
 sit subinde eis usuras ab eisdem accipere

tanquam ab hostibus, quorum bona in ius
 suum venerant. Sicuti possit, inquitur,
 Caesar suo concedere exercitui, ut sub v-
 surarum effigie, hostes expolient. Et addu-
 cunt textum Ambrosij 14. q. 4. cano. Ab il-
 lo, ubi ait. Ab illo exige usuram, cui merito
 nocere desideras Cui iure inferuntur ar-
 ma, huic legitime auferuntur usurae. Sed in
 primis licet hoc illis largiremur, illa nulla-
 tenus fuisset dispensatio, sed donatio Dei
 qui vniuersalis est omnium rerum domi-
 nus. Quae admodum quando donauit eis
 Aegyptiorum vasa, non dispensauit in fur-
 ro, sed vel tanquam Dominus eis tradidit,
 vel quod probabilius est, tanquam iudex eis
 adiudicauit, soluens eis laborum operum-
 que mercedem, quibus Pharaoni serui-
 rant, veluti dum ego amico rem meam do-
 no, neutiquam dispenso in furto. Neque
 vero rex dispensat, quando per legem praes-
 criptionis transfert dominium. Dispensa-
 re nanque in usura esset, quod pro usu pec-
 uniae quis licite perciperet praetium, non il-
 lo vitio donante, qui donare potest. At ve-
 ro licet super nomine praetermissa, neq; cre-
 dendus Deus est illas alienigenarum vsu-
 ras sic Iudaeis concessisse, ut earum consti-
 tueret eos dominos. Primo quia eandem
 prorsus usurarum speciem, quam inhiibuit
 respectu proximorum, permisit illis res-
 pectu gentilium, quando autem inhiibuit, ne
 feneratorum fratribus suis, prohibuit illam
 quae iure naturae interdicitur. Eandem er-
 go vitiosam, & inquam permisit illis res-
 pectu gentium. Respondet autem Contra.
 quod licet eadem fuerit in genere, non ta-
 men in specie. At profecto si non erat eade-
 in specie, neque erat usura in genere, sed
 erat vera Dei donatio, & ideo illi non reci-
 piebant nisi quod suum erat. Et tamen ab-
 surdum est tam immodicam homonymiam
 & aequiuocationem in eodem verbo scri-
 pturae admittere. At nanque. Non fene-
 rabis fratri tuo, sed alieno. Secundo quod
 minor istos non animaduertisse, Terra gen-
 tilium Iudaeis donata non erat nisi vtraq;
 ripa Iordanis, quae centum sexaginta mi-
 lia ribus in longitudine patebat, & sexagin-
 ta in latitudine, permissio autem vsura-
 rum multo se latius dilatabat. Impune
 quippe vsuras suscipiebant a quibuscun-
 que gentilibus, qui remotissimus provincijs
 ad illos adgentantes commercia cum illis
 Soro, & de lust & iure. Ll ini-

A mbr.

Deus no dispensa uit in v. suris.

Repro- batur al tera as- sertio.

Contra. Primu arg.

Ad secu- du arg.

S. Tho.

Alex.

Hales.

Conrad.

Usura

non qua- sit licit.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

et.

inibant. Adde quod eodem ipso ca. Deur. 23. præceperat eis Deus, ne abhominarentur Idumæum vel Aegyptium, & tamen ab illis impune poterant vsuras accipere, non ergo ratione hostilitatis fundabatur illa permissio. Et tertium arguitur est, quod profecto per tales technas suffragari hostiū subditiā non esset inter Christianos bonum exemplum, neque respublica vlla bene instituta eiu/modi fraudes permitteret. Huius ergo est credibile illa de causā Deū hoc illis concessisse, alias indulgisset pariter vt quacunque via deprædarentur eorum bona. Item quarto. Prophetæ Dei vbi ius naturæ, quod omnes seruire tenebantur, explicabant, absolute improbabant vsuras, vt Ezech. 18. illa iustitia cū alijs connumerabatur. Si quis ad vsuram non commodaerit. Et intra. Ad vsuram dans, & accipiens amplius, nunquid viuere? Et cum ait Dauid. Ex vsuris & iniquitate redimes animas eorum, certe non de illis intelligebat, quas extorquebant à fratribus suis, quia nullas accipiebant, sed de illis quas sinebantur ab extraneis exprimere. Postremo, quod per illam furti imaginem Deus illis non donauerit gentiliū bona, apparet, tum quod illi non cognoscentes verū Deum, iniquitati tribuissent, tum quod si iudæi tanquam suum accipiebant, absque modo & limite illas corralissent, atq; ideo gentiles absterrentur eorum confortio. Quare nequiquam sit aliud credibile, quā quod Hebræis nefas erat, etiam a gentilibus vsuras eripere, nisi vsque ad certum limen & lineam, quam tamen non præscripsissent, si putassent accipere quod suum erat. Acedit & quod Euseb. lib. 8. de præparatione euangelica. 2. vbi enarrat. Mosaicæ legis præcepta, absolute refert illis fuisse illicitam vsuram sub his verbis. Non tollas quod non deposuisti, non tangas alienum non mutues fœnore. Et Iosephus legis peritissimus lib. 4. Antiquæ absolute quoque refert præceptum dicens. Nulli vero Hebræorum licebat fœnerari, neque cibum, neque porum, &c. In quam etiam sententiam & Conrad. citat Rabinum quendam legit interpretem. Cuius etiam signum est, quod cum crebro in lege inculcata fuerit prohibio vsuræ, nullibi legitur permissio illa fœnerandi alienis, nisi vno dumtaxat loco Deuter. 23. Permissio ergo illa ea-

dem profus ratione intelligendā est facta Iudæis, quia ius civile modo eandem Christianianis permittit, nempe vt impune fieret ad euitanda maiora male, latrocinia, quia erant auaritiæ deditiissimi. Quemadmodum & meretrices permittuntur, ad euitanda adulteria. Similinaque figura prædixerat eodem cap. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator quasi dixisset, de gentibus impune permitto. Quapropter S. Tho. in primo inquit, vt bo. Non fœnerabis fratri tuo, denotatur ius naturæ. sed cum mortales omnes naturæ glutino sint frater, a nullo accipiendū est vsura. Altera vero pars est permissio vbi dissimulandam non duxerim quorundam calumniam impotentium D. Tho. quod nomine fratris in illo loco intellexerit omnes homines, perspiciebat. n. discrimen inter fratrem & alienum, sed intelligit, quod licet nomine fratris speciatim intelligerentur, qui erant de populo, tamen quia amplissima vocis significatione (vt i. de doctrina Christiana. 30. auctor est Augu) omnes homines fratres sunt & proximi, insinuat illic naturalem vsuræ prohibitionem ad omnes homines potendi. Sed neque hoc silenter prætereundum est, quod non desunt qui alterum sensum illi concesserunt, sed alieno assuere velint, vt videlicet nulla sit permissio, sed potius inhibio ac si dixisset. Fratri tuo non fœnerabis, sed si quis pro alieno tibi ducendus foret, ille esset a te fœnore prehendendus. Neminem tamen mortalium debet sic existimare. Quemadmodum inquit legendus est canon Ambrosii supra citatus 14. quæstio. 4. Ab illo exigit vsuram, cui merito nocere desideras, quali dicat, secundum gloss. illic ad scriptam, sicut nulli nocere debes, sic a nullo debes petere vsuras. Quare ex verbo ibidem subiuncto, Cui iure inferuntur arma, huius legitime auferuntur vsuræ, non est inferendum, vt communis infert opinio, quod ab hostibus fas sit vsuras surripere. Quoniam re vera, vt paulo antea dicebamus, talis mos neque speciem præ se fert honesti, neque Diuo illi iniurenda est hæc nota, vt hoc conuuleret. Sed voluit excarnificare iniquissimam vsuræ naturam. Et ideo subdit. Sine ferro dimicat, qui vsuram flagitat. Sine gladio se de hoste vlciscitur, qui fuerit vltimatus ex actor inimici. Est ergo nō licetia, sed

Tertia ratio.

Quarta ratio in contra.

Postrema.

Euseb.

Ioseph.

sed consilium, quod cum nemo se debeat de hoste vlcisci, eque debeat vsuris illum affligere. Haud enim cum regibus loquebarur, quibus solis licet bella indere, sed in vniuersum cum priuatis, quibus consilium est vt fratribus iniuria condonent. Igitur quantum ad Ambrosium, longe mihi est probabilius, hanc nobis exhibuisse mentem. Quod autem idem sensus accommodari possit textui Deut. 23. nouum esset, & credo violentum, sed est sensus quem iam exposuimus. Illud autem, qd obijciunt eod. c. Deut. c. 28. Fenerabis genibus multis, & ipse a nullo sensus accipies, nihil ad rem pertinet. Accipitur enim illic feneratio pro eo, quod est simpliciter, mutare iuxta illud Eccl. 29. Fenerat proximo tuo tempore necessitatis illius. Ob idque nihil aliud illic Deus significauit, quã bonorum affluentiam, quam populo illi pollicebatur. Ex his demum sequitur, non opus esse (quod Conrad. arbitratur) moderari permissionem illam antiquam, dicendo, quod per euangelium iam cessauit. Nam vsura illa culpam semper habuit, quod autem impune fiat, leges etiam nunc ciuilibus permittunt, sicut alij Christianis. Et ideo e quanto, de vsur. solum eisdẽ ludæis inhihetur, ne graues immoderatae que vsuras a Christianis extorqueant. Eodemque pertinet, quod ca. post miserabile con. Papa principibus iubet, vt ludæos vsuras Christianis restituere compellant ne pe quod immo dicas diuellerant. Ad tertium argumentum de legibus ciuilibus vsuras peccatis pari modo responderetur, quod illas non peccatis in foro Dei, quia neq. possunt, cum sint contra naturam & contra diuina mandata, vt ea super eo. de vsur. sed sicut meretricia ad obuiandum latrocinijs, quia sicut mortaliū luxuria, ita neq. auaritia potest humanis legibus omnino restringi.

Permissio autem vsurarum patet toto titu de vsur. lib. 12. ff. de iur. & c. eod. titu. potissimum l. eos. vbi vsurarum quantitati modus prescribitur, quarum summa est centesima. Hanc enim iura appellant maximam, vt qui sine. ff. de nego. gestis eademque appellatur grauissima. De qua fit quoq. mentio canone, si quis. 14. q. 4. Deinde erant bes centesimæ, triens, &c. De quibus Barto. diffusum composuit tractatum

super l. Si haeres, ad leg. Falcidiam, vbi. Si item, non inantur trientes vsuræ. In quo tractatu complures congerit opiniones. Multa enim de hac re nonnulli iuris interpretum hallucinantes multiplicarunt glossas. Ad huius ergo intellectum notandum, in more fuisse Romanis, vsuras Calendaris singulorum mentium perculere. Vnde vsura centesima erat centesima pars foris singulis mensibus aucta. Mutuo tibi dederam centum aureos, singulis mensibus debebas mihi vnum. Budæus lib. 1. de asse arbitratur nomen inde cadere, quod centum mensibus reddebant duplam fortem, sed multo significantius deriuatur a parte aliquota, vnoquoque mense soluta. Itaque singulis annis obueniebant duo decim ex centum, vt mercatorum verbo vtamur. Et existimabatur hæc vsque adeo grauis, vt non permitteretur nisi in necessitatibus mercibus, puta, cum quis pecuniam mutuabat mercatori marino, vt capitalis periculum ipse qui mutuabat, subiret. Ab hac centesima denominabantur reliquæ, scilicet bes centesimæ, triens centesimæ, dodrās, &c. Nam omne totum iure dicitur as, qui diuiditur in duodecim vncias. Vnde triens est tertia pars, puta quatuor vncia, semis medietas, &c. Et sic dicitur quis haeres constitutus ex asse, ex semisse, ex besse, quæ sunt duæ tertiæ partes, puta vncia octo, & dodrās, nouem. Quocirca triens vsura non est (vt quidam putant) tertia pars fortis, nec quadrans, quarta, alioqui longe maior esset quadrans quam centesima cum eadem leos 100. existimetur maxima, sed triens est tertia pars centesimæ, vt si pro centum aureis vnoquoque mense solueretur tertia pars vnus aurei. Et simili proportione in cæteris. Existimandum ergo hic est quanto sit iam hisce temporibus licentior vsurarum rabies. Non enim solum duodecim ex centum in annum parum existimantur, verum neque quatuordecim neque sexdecim, in singulis nundinas satis habent. Præterea vsurarum vltimo summo rigore prohibita est, vt ff. de vsur. l. placuit. Et C. eod. titu. l. vt nullo. Sic enim habet lex. Vt nullo modo vsuræ vsurarum a debitore exigantur. Vsura vsurarum dicuntur, quæ nunc maxime sunt in vsu suscepti mutuo mille, pro quibus in vsuram debes centum. Non soluis

Budæus

As dicitur omne totum. Dodrās Triens vsura.

Vsura vltimo summo rigore prohibita.

fixa die, inde ergo priores vsure alias pariunt scilicet ut pro illis centum soluas in super decem. Hoc sanè est, quod neque leges civiles vnquam permiserunt. Et tamen modo vsque adeo pestis hæc irrepfit, ut qui id delicti notam reprehenderit, ceu ridiculus exhibetur. Sed dubium ex his fit reliquum quousque extendatur permissio civilis iuris, vtrum scilicet ad hoc tantum, ut vsuario nulla decernatur pœna, sicut permittitur meretricium, an vero eouque ut vsuris læso denegetur in iudicio actio ad repetendum, sicuti de illo dictum est emptore, qui citra dimidium iusti pretij decipiatur. An forte vterius etiam, ut qui vsuras promiserat, cogeret in iudicio eas solvere? His quippe tribus gradibus intelligi permissio potest. Ad hoc incudem responsum meminisse opus est distinctionis propositæ inter vsuras licitas & illicitas. Licite namque utpote quæ propter moram soluendi, ratione vel damni emergentis vel luctu inuito dominio cessantis solvuntur, non solum legè permisse sunt, verum & soluere eas cogitur q̄ in mora est. Et de istis intelligendæ sunt leges vsuras solui iubentes. Qualis est l. 1. C. de vsur. Si interrogacione præcedente promissio vsurarum recte facta probeatur iure debentur. Recte facta, id est iusta de causâ, ac debito stipulationis modo. De vsuris autem iniqui, quæ scenus dicebantur, arbitror nūquam sic fuisse permittas, ut qui promitterent, pendere cogereantur. De quo notanda est lex tertia eiusdem tituli, quæ sic habet. Quamuis vsuræ scænebris pecuniæ circa vinculum stipulationis peti non possint. Ecce scænebris vsuræ non poterant in iudicio peti tamen propter pactum, sicuti modo fit, soluebantur. An vero qui solueret, posset in iudicio repetere, dubium est. Sequitur enim statim in eandem l. Tamen ex pacti conventionione soluræ, neque ut indebitè repetuntur, neque in sortem accepto ferendæ sunt. Ecce non repetebantur. At vero quid quid antiquis in more erat, certe non esse iusta lex quæ actionem negaret volenti repetere. Dicamus ergo quod iura civilia recte & rite poterunt vsuras permittere impune, nempe quod cum sui supplicio plectatur, scænetor tamen ab illo sit immunis. Cogere autem mutuatarium vsuras soluere, nulla vn-

quam lex permisi, nec potuit. Sed & solueti, actionem negare repetendi iniquum esset. Non enim est eadem ratio, quæ in decepto citra dimidium. Nam cum hæc fraudulentia, ut supra diximus, non semper facile constet, litium pesti panderetur aditus, si actio daretur. In vsura vero permississima est iniquitas. Item impedire volentem repetere, esset contra ius canonicum, quod læso per vsuras repetitionem concedit. Immo Clem. vnica, de vsuris, sententia excommunicationis feriuntur, quicumque rectores, ac iudices, & officiales, qui in pedimento fuerint, volentibus vsuras quas persoluerunt repetere. Per hæc ergo facile dissoluitur alia dubitatio, vtrum principes seculares permittentes vsuras, sint iure canonico condemnati? Quæ quidem questio multos contorquet, arbitrans ius canonicum hæc parte obstrare civili, quod tamen re vera nihil obstat. Si enim ius civile assereret licitas esse in foro Dei, hæresis esset in Clem. condemnata. Id tamen non asserit. Item, vel compelleret vsuras solui, aut solutas non repeti, non esset ferendum, quia, idem Clementina aduersaretur. Quare bene ait cum glo. Bar. tol. super l. cunctos populos. C. de sum. tri. quod iure civili peti non possunt vsuræ, ut vsuræ, sed ut interesse ratione more. At vero quod principes seculares non plectant suis penis vsurarios, ius vero canonicum suis eos puniat, nulla est contradictio. Næ principes illa tantum vlsentur, ut lib. 1. diximus quæ paci & quietudini reipublicæ officium, præsertim per vlm. Papa vero & ecclesiastici Antistites munere suo attentius conscientijs consulunt. Et ideo nil mirum, si actus animaduertant in vsurarios quam seculares principes. Ius ergo canonicum vsurarios, tum multis oprobrijs proscindit, tum & penis pluribus accumulatur. Quas ad vndecim cõnumerat Syllu. in verb. vsura. 9. Prima etenim est infamia, ut patet can. infames 1. 3. q. 7. & 6. q. 1. Quin vero & lege civili aiunt esse infames. At tamè l. improbi. C. quib. cau. infra. et in irrog. nõ pñuatiur infames nisi exigentes vsuratum vsuras, quas ius ipsum civile supra diximus vetare. Atq̄ illud appellat improbi scenus Tres alix statuuntur cap. quia in omnibus de vsu. C. p. manifesti vsurari nõ admittantur ad communionem altaris. Quod

Quod sic fuisse quidam intelligunt, quasi non sint admittendi ad sacra audienda. Verumtamen quia panæ non sunt restringenda, & illic non fertur in eos excommunicacionis sententia, non est audiendum nisi secundum verborum sonitum, quod scilicet non sunt admittendi ad suscipiendam sacrosanctam Eucharistiam, eo quod sint publici peccatores. Item quod non donentur ecclesiastica sepultura. Deinde, quod sacerdotum nullus eorum oblationes accipiat, quia censentur rapina. Et qui accipit, est ab officijs suspensus. Reliquas vero cui libuerit, quæret loco citato. Ex his demum patet, quod si quis fuerit superuacaneus labor, iam sit, quæm Bar. in sumptibus super leuiticos populos. C. de sum. trin. quamq; ab re lège ad quæstionem illam de Catholico Iustiniano Casare respondeunt, vide licet quomodo duo hæc cohererent quod eadem lege præcepit cunctos populos sibi subiectos in religione versari, quæ D. Petrus Apostolus Romanos tradiderat, & tri vltimas permisit, quas fides catholica docet esse illicitas, quasque Ecclesia vetat. Ad quod respondet. Bal. quod præcepit teneri fidem trinitatis, sed non respectu aliorum articuloꝝ, qui requiruntur ad salutem animæ. Professio solutio non erat digna Bald. Nam Imperator præcepit omnes versari in religione Ecclesiæ Romanæ, quæ non solum fidem trinitatis, verum totam includit, & simul etiam mores. Responso ergo est, quæ iam declarauimus, nempe quod imperatoria vsurarum permissio nullatenus repugnat fidei, quia non astituit esse licitum in foro Dei. Hæc non esset manifesta hæresis. Quod autem vsurarij ciuilibus pecnis non subiacent, non est contra fidem, sicuti neque id quod meretrices nullo afficiantur supplicio.

ARTICVLVS II.

Virum ratione mutui aliqua possit expecti commoditas.

Quoniam constitutum est nihil ratione mutui posse in pactum duci, explicandum restat, virum neque commoditas ex pari vlla possit. Et arguitur a parte affirmatiua. Eadem esse videtur comparatio dati ad datum, & mutuati ad mu-

tuatum, sed pro data pecunia licet ex pacto recipere eandem vel eius valorem, ergo pro beneficio mutuandi licet par expectare officium, vt. si mutuatarius vinciat ut mutuantem remutet. Secundo arguitur: Si gener pignus mutui accipiat, quod sit fructiferum, vt hortu vel fundum, potest fructibus eius vt donec sibi de dote satis fiat, vt pater ca. salubriter de vsuris. ergo licet aliquid recipere ratione mutui. In contrarium est quod in zech. 13. inter ea, quæ ad vitiu stitiam requiruntur, ascribitur, si vsuram & superabundantiã non acceperit. Vbi nominè superabundantiæ res omnis comprehenditur, quæ pecunia estimari potest. Accedit verbum Ambrosij e plerique. 14 q. 3. quod cuncte accedit forti, viura est. Et Hieron. putant. Omnia munuscula cuiuscumque generis accipere viura est.

Ad quæstionem præsentem tribus conclusionibus de mente S. Tho. respondetur. Prima Nihil ex pacto mutui vel recipere vel expectare licet, cuius pretium pecunia estimatur. Conclusio clara est quoniam secundum Philoso. 4. Eth. Omne illud cuius valorem pecunia metimur, pro pecunia habendum est. Cum igitur non liceat pretio mutuari sit, vt neque ratione mutui quippiam recipere, quod sit pecunia estimabile. Secunda conclusio. Accipere aliquid non conventionis nexu vel tacite vel expressa, sed quod gratuito mutuantem penditur, nullam impingit vsuræ labem. Probat. Quia beneficium mutuandi nõ solum non auerfatur amicitia vt uõ etiam conciliat, & firma: ergo neque obstat quod minus mutuator possit munus quodcumque suscipere, quo solent amici amicum beneficia repensare. Tertia conclusio. Nulla lex obstat quod minus fas sit mutuantem illa ratione mutui conquirere, & exigere, quæ pretio pecuniæ non penditur vt pura mutuantij amicitiam, ac beneuolentiam. Ex his conclusionibus summarim colligitur iudicium quæstionis præsentis. Tertia enim requisita sunt, quæ mutuationem vsuraria macula inficiant. Primum, ut id quod expectatur estimabile sit pecunia. Secundum vt ratione mutui expectetur, & non quia alias debitum, vel alia via. Tertium quod ducatur in pactum, uel expressum uel tacitum. Quod intelligendum est, ut mutuationis actus sit re exterior usura. Nam etiã

Arg. 2.

Ambr.

Hieron.

Prima conclusio.

Aristot.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Tria sũt quæ mutuatione vsuraria reddũt.